Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25885
Copyright: Admont, Benediktinerstift



94

p. ecclesiis eorum qui adiuncti sunt eis. siue quod fecerat gentilitatem. Et scient quia ego dominus deus. Hec dicit dominus deus. Iudo congregauero domum israel de populis. siue de gentibus. in quibus dispersi sanctificabor in eis coram gentibus. Et habitabit in terra sua. quam dedi seruo meo iacob. et habitabit in ea securi siue in spe. Et edificabunt domos. Et plantabit uineas. Et habitabit confidenter. siue in spe. cum fecero iudicia in omnibus qui adiuncti sunt eis per ecclesiis. siue fecerint eis gentilitatem. Et scient quia ego sum dominus deus eorum. quia sequentur uerba leui Et deus patrum eorum in bellico ut legitur.

Consequenter autem per tyrum sermo fit ad sydonem. uniuersitas urbis punicae. In euangelio tyrus et sydon pariter nominantur. Si in tyro et sydone factae essent uirtutes quae fuerunt in te. Vnde et chananea et filia a domino uocabatur. quia egressa est de finibus tyri et sydonis. quia peccauerat in pectum. Predicit autem sermo diuinus. quia ab babylonis et ipsa capienda sit. et malorum congaudeat pondere. quia ipse sit dominus. cum iudicauerit eam. et sanctificatus fuerit in illa. Et fame eam ac pestilentia. gladioque. et superserit ita ut corruat in platea illius. Et neque ulti sint in offendiculum populo dicunt eos frequenter impugnet. cum autem hoc factum fuerit. reuertatur populus israel quos in diuersas dispersit nationes in terram suam. Et sanctificetur in eis. neque ut in sydone in mala parte. sed in bona. cum eis misericordia fuerit. Et habitauerit in terra. quam dedit patri eorum iacob. Et habitauerit securi. et in domino confidentes. Et edificauerint domos. Et plantauerunt uineas. cum sua primitiua pleuerunt. Et tunc congaudeat quia ipse sit dominus. cum primitiua firmissima sit. quod multi ad tempus referunt zorobabel. et dicit. In eremo. qui reuersus est populus israel habitauit in terra iudae. alii autem in ultimo tempore. In multe annis

sperant eum esse splendidum. sorro secundum intellegentiam spiritalem. hic nobis sensus uidetur. Sydonii uniuersitas uenatores. de quibus in psalmis septum est. anima nostra sicut passer erepta est de laqueo uenantium. Et mox. quia ipse eruit me de laqueo uenantium. Et auerbo a. Et in puerbiis. oculi mereticis laqueus est peccatoris. Et autem in bona parte his gratiam uenatores. de quibus scribit ieremias. Ecce ego mittam piscatores. Et uenatores. quia uenient uos de omni colle et monte. quos dominus mittit ad piscandum. Et facit de piscatoribus piscium. piscatores hominum. Vnde et iuuenis petri. Et andree hoc uocabulo appellatur. besayda. et in lingua nostra interpretatur domus uenatorum. Aduersum hos quasi pessimos uenatores. Dicit sermo diuinus. Et in quit ypse. ut ponat. siue obfirmet faciem suam ut sydonem. Et neque fluctus omnis uentus doctrine. sed in ueritate gaudentes. et uiuificat uenatores. Quos quasi quae sydonis dominus minatur. Ecce ego ipse ad te uenio. Et glorificabor inter eum te interfecero. Et scient omnes quia uerum quia ego sum dominus. cum reddidero quemadmodum merentur. mittamque pestilentiam. Et sanguinem in plateis tuis. Recteque platea dicitur sydonis. lata et spatiosa uia est quae duci ad m. Et corruent interfecti quia male steterant. per ecclesiis gladio. illo gladio quem uenit mittere super terram. ut male uincta dissoluat. Et scient quia remanserit quia ipse sit dominus. Cumque illi cessauerit. neque ulti erit offendiculum amarturudinis. Et spina dolorum pungens. Et uulnerans populum diuinum. omnia autem hec dicuntur ut adusariae potestates. quae mentem populi deleant. Et sit ecclesia securitatem qui congauerit dominus domum israel. eos qui sensum cerunt domini. Et sanctificatus fuerit meus. Et populus illud quod septum est. sed estote. quo